

3492.

1340 d. 27 Maj.

Biskop STYRBJÖRN i Strengnäs vidimerar Konung Magnus's och Riksens Råds här ofvan, under N:o 3491 och 3486, intagna skrivelser af den 22 och 6 Maj detta år.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 351.

Omnibus presens scriptum cernentibus, STYRBERNUS dei gracia Episcopus Strengnensis. salutem in domino. Noueritis nos litteras Magnifici principis et domini nostri, domini Magni dei gracia Regis Svecie, Noruegie et Scanie, ac nobilium dominorum militum infrascriptorum eiusdem vidisse et diligenter inspexisse, in hec verba, Nos MAGNUS dei gracia &c. *Se föreg. N:o 3491.* Reuerendis in christo Patribus &c. *Se föreg. N:o 3486.* [Jn] Huius nostre vero visionis euidenciam secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini ut supra, sabbato infra octauas ascensionis eiusdem.

Enligt ritningen har Biskopens sekret varit bortfallet.

3493.

1340 d. 28 Maj.

Avignon.

Påfven BENEDICTUS XII uppdrager åt Domprosten, Dekanen och Ärkedjeknen i Upsala, att undersöka det af Kyrkoherden i Säxmäki, Henrik Hartmansson öfverklagade förhållandet, att Predikarebröderne från Åbo i hans församling, utan tillåtelse, hålla gudstjenst vid portativa altaren och upptaga offer, samt att derefter afdöma denna tvist.

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 50. v. *)

BENEDICTUS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis preposito decano et archidiacono ecclesie v[p]salensis Salutem et apostolicam benedictionem Querelam dilecti filii henrici hartmanni rectoris ecclesie de saxamæki¹⁾ aboensis dyocesis accepimus continentem quod licet priori generali et fratribus ordinis predicatorum per apostolice sedis priuilegium indultum fore dicatur vt possint habere altare portatile super quo in locis et villis quibuslibet sine preiudicio tamen parrochialium ecclesiarum missam et alia diuina officia celebrare valeant tamen prior et fratres domus dicti²⁾ ordinis prope ciuitatem Aboensem pretextu indulti huiusmodi in parrochia dicte ecclesie saxamæke³⁾ super altari portatili missam et alia diuina officia celebrare et ad missam et diuina huiusmodi parrochianos dicte ecclesie conuocare et oblaciones recipere ac in vsus suos conuertere propria temeritate presumunt in eorundem rectoris⁴⁾ et ecclesie preiudicium et grauamen Cum autem dictus rector sicut⁵⁾ asserit dictorum prioris et fratrum dicte domus potenciam merito perhorrescens eos infra ciuitatem seu dyocesim aboensem negaret⁶⁾ conuenire secure Discrecioni

*) Fins äfven i Skoklosters Codex Aboensis chart. fol. 16. v. med följande olikheter: ¹⁾ ecclesie sæxmæki — ²⁾ predicti — ³⁾ sæxmæki — ⁴⁾ rectorum — ⁵⁾ Ordet »sicut» uteglömdt — ⁶⁾ nequeat —

vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint euocandi et auditis hincinde propositis quod iustum fuerit appellacione remota decernatis facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio uel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante cogatis veritati testimonium perhibere Non obstante si eidem ordini a sede apostolica sit indultum quod persone eiusdem ordinis ad iudicium aut suspendi uel excommunicari seu ipsi uel dicti ordinis loca interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam nostre iurisdictionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet impediri que quo ad hoc ipsis volumus aliquatinus suffragari Quod si non omnes hiis exequendis potueritis ¹⁾ interesse duo vestrum nichilominus exequantur Datum Auinione V kalendas Junii Pontificatus nostri Anno Sexto.

Öfverskrift: Copia bulle benedicti pape quod fratres predicatorum non habeant altaria portatilia.

3494.

1340 d. 12 Juni.

Skara.

HÅKAN BENGTSOON m. fl. Kaniker i Skara underrätta Dekanen i Linköping Carl, Thorkel af Berg m. fl. frånvarande Kaniker, att biskopsval efter Biskop Gunnar, som d. 8 Juni afslidit, blifvit utsatt att anställas i Skara d. 30 Juni och följande dagar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

In nomine domini Amen Anno eiusdem M^o CCC^o XL^o. HAQUINUS BENDICTSON. SIGGO JONSON. PETRUS KNUTSON. JOHANNES de rakkæby. BENEDICTUS de holme. et ARNBERNUS. scarensis ecclesie canonici. Dilectis in christo, dominis, karolo decano lynkopensi, thyrghillo de monte, swenoni de lyodhosia, et heluero de thingwallum, eiusdem ecclesie canonicis, Salutem in christo salutis auctore, Cum felicis memorie dominus Gunnarus quondam episcopus scarensis VI^o. idus junii. quod non sine grandi mentis amaritudine referimus nature soluens debitum, spiritum suo reddidit creatori, Nos ipsius corpore tradito reuerenter ecclesiastice sepulture, Nolentes quod ecclesia nostra pastoris existeret diucius solacio destituta, diem commemoracionis sancti pauli proximam, cum continuacione omnium sequencium concorditer prefiximus ad eleccionem futuri pontificis in nostro capitulo celebrandam, et ad alia omnia peragenda que ipsius eleccionis negocium contingere dinoscuntur, vt igitur ignoranciam pretendere nequeatis. vobis prefixionem huiusmodi duximus intimandam, man-

¹⁾ poteritis.